

# Fr. Alfonsi A Castro

ZAMORENSIS, ORDINIS

MINORVM, REGVLARIS OB.

seruantia, de Potestate Legis pæ.

nalis, Libriduo.

*es ræta librenæ de el Collegio de*

Opus hoc nunc denuo ab Autore ipso recognitum

est, & multis locis ab eo emendatum, & lo-

cupletatum. Cum Indice copiosif-

simo, & Sacrae scripturae

Autoritatibus.

*San*

*Cayetano*

*de*



ANTVERPIÆ

In ædibus Viduæ & Hæredum Ioan. Stelfii.

M. D. LXVIII.

Cum Priuilegio Regio.

**Regia Maiestas permisit**  
vt libri Alfonsi à Castro, De potestate legis  
pœnalis imprimerentur & liberè distrahe-  
rentur, veluti patet in literis ab eadem Maie-  
state concessis & subsignatis.

**BAVE,**



ADMODVM ILLVSTRI AC REVERENDISSIMO Præfuli Domino Michaeli Muñocio Episcopo Conchenfi, & regni Senatus apud Pintiam constituti primo præfidenti ac moderatori. Frater Alfonso à Castro ordinis Minorum omnem optat felicitatem.



**E**t si multa sint, Reverendissime Præsul, ad vitam hanc ærumnosam siue politicã, siue œconomicam, feliciter agendam necessaria, leges tamẽ primum locũ inter tam multa iure sibi vendicãt, propterea quod nec vita ipsa, nec reliqua omnia, quæ ad vitam illam tuendam summè exigũtur, sine legibus tutæ & firma consistere possunt. Nisi enim essent leges, quæ flagrantissimas hominum libidines atq; cupiditates cohiberent, & turpissimos atq; nocentissimos hominum mores corrigerent, neq; pecunias, neq; domos, neq; agros, neq; uxores, nec deniq; vitam tutã homines haberẽt, sed furũ, latronum, adulterorũ, parricidarũ, plena essent omnia: bonis viris aut nullus esset in ciuitate locus, aut turpissimis semper afficerentur iniuriis. Essent quidem homines (vt diuinus quidã Propheta eleganter dixit) velut pisces maris, quorũ qui maiores sunt & potentiores grassantur in minores, & illos deuorant. Nisi leges essent, quæ homines ad malũ pronos reuocarent à vitis, tanto quisq; illorum magis aliis nocere curaret, quanto id liberius se facere posse intelligeret. Virgines è parentũ amplexibus eriperentur, uxores à suorũ coniugum cubiculis raperẽtur, homines per vias & per publicas plateas expoliarentur, percuterentur, crudelissimè deniq; interficerentur. Leges sunt quæ homines à tãtis periculis, tãtisq; iniuriis, tantãq; atrocitate defendũt, & quæ illos in summo otio, atq; in summa tranquillitate custodiũt, fortunas hominibus vnicuiq; suas reddentes, vitã corporis pariter atq; animæ seruantes. Verũ etsi leges omnes ad genus humanũ regendum defendendumq; excitatæ sint, omnes ad vitã feliciter agendam adiuentæ: leges tamẽ, quæ pœnales dicuntur, propterea qd pœnas contra transgressores statuũt, tanto reliquas omnes antecellũt, quanto maiorẽ ostendẽtes potentiã pluribus prodesse noscuntur. Sunt enim multo

Abach

# Licentia impresfionis

HUIVS OPERIS A M<sup>l</sup>

nistro generali ordinis Mi

norum concessa

Autori.



**R**EVERENDO in Christo pa  
tri fratri Alfonso à Castro Zamo  
rensi viro doctissimo prouincię dia  
ui Iacobi ordinis Minorum regu  
laris obseruantię, Frater Andreas  
Insulanus totius eiusdem ordinis  
generalis minister & seruus S. D. Quum absol  
ueris Opus quoddam De potestate legis poen  
lis (sic enim inscripsisti) idque quemadmodum  
ais, approbauerit Episcopus tuę diocesis, quod  
examinatum à viro doctissimo Magistro Gallo  
visum sit dignissimum, quod in communem om  
nium vsum atque profectum foras mittatur,  
quumq; vt hoc rectè & è prescripto concilii Tri  
dentini fiat, nostra quoque sit tibi opus authori  
tate atq; permissione: idcirco cupientes nos vel  
in hac parte iuuare literatorum hominum studia  
eoh; magis, quod ex aliis tuis libris, qui vulgò  
circunferuntur, vnde plurimum acceptum est  
commodi ad pietatem Christianam, coniectu  
ram faciamus, quàm commodus & saluber hic  
nouissimus esse possit, damus tibi potestatem ex  
cudendi idem Opus de Potestate legis poenalis,  
huiusque rei gratia cundi, quocunque locorum  
accessum fuerit, reliquaque omnia conficiendi  
quę huc pertinere videbuntur. Quare præcipi  
mus per S. obedientiam, vt nemo nobis subdito  
rum tibi hac in re negotium exhibeat, quin vt  
suas



# LICENTIA.

suas etiam cuncti præsent operas, quum ea sis  
& erga religionem Christianam pietate, & iac-  
rarum humanarumque literarum cognitione,  
idque de tua integritate testimonium tributum  
sit à clarissimo quoque magnoque homine, res  
vt nemini dubia esse possit, nihil à te proficisci,  
quod animos piorum offendat, quæ prosint au-  
tem quam plurima. Precor Christum, vt tam  
sanctos conatus tuos benè secundet, & quo  
plura maioraque moliaris, in mediumq;  
aliquando producas, te diu rectè  
valere velit, Bononiæ  
mense Maio.

1550.

**FRATER ANDREAS**

qui supra manu  
propria.

# Fr. Alfonsi A Castro

ZAMORENSIS, ORDINIS MINORVM  
Regularis Observantiæ, in duos Libros, quos De  
Legis pœnalis potestate ædidiit  
Præfatio.



**D**VAS, & non parum noxias, à di-  
versis contra Legem Pœnalem vi-  
deo dici sententias, à multis tanto  
cum applausu receptas, & vsque cõ  
celebratas, vt quisquis contra visus  
fuerit sentire, ab illis exhibetur, &  
ridiculus habeatur, perinde ac si cõ-  
tra diuinum oraculum aliquid pro-  
nuntiaffet. Sunt enim qui sentiunt nullam legem obli-  
gare subditorum conscientias ad pœnã, ab eadem Lege  
contra illius transgressores decretã, nisi adsit Iudicis sen-  
tentia, quæ aliquas legi suppetias ferat. Qui ita sentiunt  
hac iola ratione ostendunt se minorem facere Legis Po-  
testatem q̃ Iudicis, cum sæpe Iudex, illis etiã fatentibus,  
sine vlllo Legis subsidio sed solo suo mandato, subditos  
suos possit obligatos ad pœnam reddere. Nec pauci aut  
indocti, sed multi & doctissimi viri sunt, theologi paria-  
ter atq; vtriusq; iuris humani interpretes, qui hoc docent.  
Sunt iterum alii hanc virorum doctorũ sententiã secuti  
qui illam perpetã interpretantes, ad omnem culpæ obli-  
gationem extenderunt, dicentes Legem Pœnalem neq;  
ad pœnã, neq; ad id propter quod statuitur pœna, obno-  
xias facere subditorum conscientias. Tanquam si pœna,  
quæ ad meliorẽ legis obseruationẽ statuitur, liberiores  
faceret homines ad eiusdem legis transgressionẽ. Expe-  
dit igitur, nunq; pœnã legibus addere, si illa addita eo  
ipso omnis prorsus obligatio ad culpã tolleretur. Quo-  
niam minor est cõminatio pœnæ temporalis quamlibet  
acerbæ, quæ per legem humanã statui potest, quàm obli-  
gatio culpæ: quæ, si mortalis est, pœnam minatur æter-  
nam. Nam ob hanc causam, vt sæpe re ipsa cõprobatum  
est, quotquot aliquã animæ suæ rationẽ habent, periculo  
pœnæ quãuis durissimæ se libentius obiciunt, quàm vt  
se reatu culpæ mortalis innectant. Fiet itaq; necessariõ  
A iuxta